

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9726

Auteur(s) : Jean Ier, Alençon (comte)

Bénéficiaire(s) : La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1171 - 1191, 24 février]

Action juridique : notification

Langue du texte : latin

Analyse

Jean, fils du comte Guillaume de Ponthieu, notifie que Guillaume fils de Roger d'Englesqueville et Roger fils d'Hugues ont donné devant lui aux moines de Saint-André-en-Gouffern un quart de deux tiers de la dime de l'église Notre-Dame de Fresné-la-Mère avec cinq acres de terre appartenant à ladite dime.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6511/6.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 208-213, p. 434.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Jean Ier, comte d'Alençon, 1171-1191 († 24 février 1191).

Texte d'après A

Johannes, filius Willelmi comitis Pontivii, omnibus fidelibus sancte Ecclesie ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Notum sit vobis quod Willelmus filius Rogerii de Engleschevilla et Rogerius filius Hugonis, cognatus ejusdem Willelmi, dederunt coram nobis et concesserunt monachis Sancti Andree quartam partem duarum garbarum de decima ecclesie Beate Marie de Fresneio Lamere, que eis jure hereditario conpetebat, cum quinque acris terre pertinentibus ad tenementum ejusdem decime, de qua terra duo campi sunt juxta Lesgerons Huismeline, tertius est ad fossam Blanchart quartus est in valle de Veilleio, quintus est Alafosete, sextus est juxta ecclesiam de Fresneio, septum est in valle de Maisnil, octavus est in campis Moonos, nonus est ad fossam de Fresneio, decimus est quedam masura que est ante domum Willelmi de Vado, et quoddam pratum quod est subtus virgultum Willelmi de Vado, et dimidium pratum pretoris. Preterea predicti duo Willelmus et Rogerius concesserunt predictis monachis illam donationem quam fecerunt eis Johannes de Fresneio et filii ejus de alia quarta parte garbarum decime de Fresneio, et de quinque acris terre pertinentibus ad tenementum ejusdem decime. Ad nostram itaque presentiam venientes prefati Willelmi filius Rogerii et Rogerius filius Hugonis et Johannes filius Willelmi de Vado qui erat primogenitus de feodo quod tenebant predictam donationem decime cum terra ad ipsam pertinente, libere et quiete coram nobis monachis dederunt imperpetuam elemosinam et concesserunt et se fideliter servaturos et

contra omnem calumpniam de proprio defensuros juraverunt, salvo servitio Gillonis de Bailloio homines mei quod monachi ei persolvent. Si autem prefatam decimam cum quinque acris terre monachis garantizare non poterint, posuerint in contraplegium hereditates suas de Englechevilla possidendas a monachis donec plenarie de illa decima et terra jus suum consequantur. Et sciendum quod monachi reddent predicto Johanni filio de Vado terciam partem decime de decem acris terre que pertinent ad tenementum supradicte decime. Hujus actionis sunt testes, Gervasius capellanus, Juhellus de Meena, Robertus Quarrel, Ricardus de Erablis, Gaufridus de Milon, Willelmus filius meus, Hugo de Guarennis, Gaufridus Bogis, Petrus Belmes, Gaufridus de Hautevaise et alii plures.